NOS DON IVAN IACOBO PANCIROLO, POR LA GRACIA
de Dios,y de la S.Sede Apoſtolica,Patriarca de Conſtantinopla, y de N. SS. P. Vrbano, por la diuina prouidencia Papa
Octauo,Nuncio, y Collector general Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpaña. A todas, y qualeſquier perſonas Eccleſiaſti-
cas y ſeglares,de qualquier eſtado,grado,dignidad,y calidad que ſean,de la ciudad,y todo el Arçobiſpado de Sevilla,aſsi
hombres,como mugeres,y a cada vno,y qualquiera in ſolidum, ſalud en nueſtro Señor Ieſu Chriſto. Sepan, que por parte del Dean,y
Cabildo de la ſanta Igleſia de Sevilla, ſe preſentó ante Nos el Breve ſiguiente.

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM Eccleſię diuino cultui dicatæ domus ſint orationis, eaſq; propterea omnis ſanctitudo de-
ceat,meritò Nos quibus cunctarum per Orbem vniuerſum Eccleſiarum cura à Deo cõmiſſa eſt,
aduigilare conuenit,vt ab eiſdem Eccleſijs quicũq; actus profani,& indecentes procul arcean-
tur; itaq; cùm ſicut pro parte dilectorum filiorum Decani,& Capituli Eccleſiæ Metropolytanæ
Hiſpalen. Nobis nuper expoſitum fuit prauus in illis partibus ſumendi ore, vel naribus Tabacũ
vulgò nuncupatum vſus adeò inualuerit, vt vtriuſq; ſexus perſonæ,ac etiam Sacerdotes,& Clerici, tam ſecu-
lares,quàm regulares clericalis honeſtatis immemores,illud paſsim in Ciuitatis,& Diœceſis Hiſpalen. Eccle
ſijs,ac quod referre pudet,etiam ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrando ſumere,linteaq; ſacra ſedis,quæ
Tabacum huiuſmodi prolicit excrementis conſpurcare,Eccleſiaſq; prædictas tetro odore inficere magno cũ
proborum ſcandalo,rerumq; ſacrarum irreuerentia non reformident. Hinc eſt,quod Nos,vt abuſus tã ſcan-
daloſus ab Eccleſijs huiuſmodi prorſus elimınetur,pro paſtorali noſtra ſolicitudine prouidere,ac Decanum,
& Capitulum præfatos ſpecialibus fauoribus,& gratijs proſequi volentes,& eorum ſingulares perſonas à qui
buſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,alijs Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris, & pœnis à iure,
vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis,ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt ad effectum præ-
ſentium dumtaxat conſequendum,harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes,ſupplicationibus ip
ſorum Decani,& Capituli Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati,omnibus , & ſingulis vtriuſq; ſexus
perſonis,tam ſecularibus,quàm Eccleſiaſticis,etiam cuiuſuis Ordinis,Inſtituti,ac Militiarum etiam hoſpita-
lis S.Ioannis Hieroſolymitani regularibus quomodolibet qualificatis,& quantumlibet priuilegiatis, & exẽp
tis etiam ſpeciali nota,& expreſsione dignis, ne de cætero in quibuſuis ciuitatis, & diœceſis prædictarum Ec-
cleſijs,earumq; atrijs,& ambitu Tabacum , ſiue ſolidum, ſiue in fruſta conciſum , aut in puluerem redactum
ore,vel naribus,aut fumo per tubulos,& aliàs quomodolibet ſumere audeant,vel pręſumãt ſub excommun
cationis latę ſententię eo ipſo abſq; aliqua declaratione per cõtrafacientes incurrendę pœna,auctoritate Apo
ſtolica tenore præſentium interdicimus,& prohibemus. Quocirca Venerabili Fratri Archiepiſcopo Damia-
ten. moderno,& pro tempore exiſtenti noſtro,& Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarũ Nuncio,per præſen-
tes cõmittimus, ~~& mandamus~~ quatenus per ſe,vel aliũ,ſeu alios præſentes litteras,& in eis contenta quæcũq;
vbi & quãdo opus fuerit ſolẽniter publicare faciat,illas,& ein eis cõtẽta huiuſmodi ab omnibus,ad quos ſpe-
ctat inuiolabiliter obſeruari;contradictores quoslibet,& rebelles , ac prohibitioni huiuſmodi non parentes,
per cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas,aliaq; opportuna iuris,& facti remedia appellatione poſtpoſita compeſ-
cendo,inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis,non obſtãtibus fœlicis recordationis Bonifacij
Papæ Octaui,prędeceſſoris noſtri de vna,& in concilio generali ædita,de duabus dietis,dũmodo vltra tres die-
tas aliquis auctoritate præſentium in iudicium non trahatur,alijſq; Conſtitutionibus,& Ordinationibus Apo
ſtolicis etiam Conciliaribus,necnon Eccleſiarum prædictarum,ac quorumuis Ordinum,Congregationum, &
Inſtitutorum Regularium,ac Militiarum etiam Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani,etiam iuramento,
confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus , ſtabilimentis, vſi-
bus,& naturis,ac ordinationibus capitularibus,priuilegijs quoq; indultis,& litteris Apoſtolicis in contrariũ
[illegible] illorum quomodolibet conceſsis,confirmatis,& innodatis. Quibus omnibus & ſingulis illarum tenores
[illegible]ntibus pro plene,& ſufficienter expreſsis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum
effectum ſpecialiter,& expreſsè derogamus,cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Aut ſi aliquibus, vel alicui
coniunctim,vel diuiſim ſit ab eadem Sede indultum,quod excõmunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſsint
per litteras non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionẽ; Vo-
lumus autem,vt præſentium traſumptis etiam impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo
alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadẽ prorſus adhibeatur fides, quæ adhiberetur
præſentibus,ſi forent exhibitę,vel oſtenſę. Dat. Romæ,apud Sanctũ Petrum,ſub Annulo Piſcatoris. Die 30.
Ianuarij M.DC.XLII. Pontificatus noſtri Anno Decimonono. M. A. Maraldus. Loco ✠ Annuli Piſcatoris.

Y Aſsi preſentado , y por nos viſto, mandamos dar, y dimos las preſentes, por las quales , y la autoridad Apoſtolica a Nos concedi-
da,de que en eſta parte vſamos,Mandamos a todas y qualeſquier perſonas Ecleſiaſticas,etiam regulares,y ſeglares,aſsi hombres,
como mugeres,de qualquier eſtado,grado,condicion, dignidad,calidad,orden, ó eſtatuto, exempciones etiam del Hoſpital de S. Iuan
de Ieruſalem,y de otro qualquier previlegio que ſean,y pretendan gozar, y a cada vno in ſolidum,en virtud de ſanta obediencia, y ſo
pena de excomunion mayor Apoſtolica trina Canonica monitione præmiſſa en derecho latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, y otras
penas a nueſtro arbitrio, que ſiendo leidas y publicadas las preſentes en qualquiera Igleſia de las del dicho Arçobiſpado de Sevilla , ò
como dellas ſepan en qualquiera manera,guarden,y cumplan el tenor del dicho Breve; y en ſu cumplimiento no tomen por boca , ni
narizes,Tabaco en oja,ni en humo,ni en polvo,en las Igleſias del dicho Arçobiſpado,ni en ſu ambito, ni patio dellas. Con apercebi-
miento,que procederemos contra rebeldes por todo rigor de Derecho. Y ſo las dichas cenſuras mandamos a qualquier Notario, ò Eſ-
crivano para ello requerido, lea, y publique las preſentes en las Igleſias y lugares del dicho Arçobiſpado. Dada en Madrid, a catorze
de Iunio de mil y ſeiſcientos y quarenta y dos años. Andres Mangillus Auditor. Por mandado de ſu Señoria illuſtriſsima. Iuan de
Pau,Notario ſecretario.